



Zürcher Stillstandsprotokolle des 17. Jahrhunderts online

<http://www.staatsarchiv.zh.ch/query>

Signatur **StAZH TAI 1.34; ERKGA Laufen, IV A 2
(S. 8–17)**

Titel **Laufen (Stillstand): Jahresprotokoll**

Datum 1638

[S. 8]

Anno 1638.

Ianuarus tacuit ob ægrotum dominum nostrum præfectum. Sind auch sonst keine klegten fürkhomen.

Die 5. februarii.

S[alutem]. Ut quam faustissimæ tibi illuxerint, ven[erabile] decane, dilectissime in domino frater, non calendæ ianuariæ nuperæ duntaxat, sed ut annus ipse integer et dilectæ patriæ nostræ et ecclesiæ militanti universæ secundissimis auspiciis eat, precor toto pectore. Per dominum n[ostrium] Iesum Christum amen.

Cum non ita pridem ad amplissimum senatum relatæ essent quædam novissimæ synodi non intempestivæ querelæ de collapsa autoritate legum ac inde, ingravescentibus varii generis gravibusque delictis, pie serioque consultatum fuit, ec qua nam ratione, corrupti hominum nostrorum mores corrigi sanctorque disciplina rendintegrari perpetuarique commodissime posset. // [S. 9]

Inter plurima autem, quæ emendationem deposcant, cumprimis encæniorum abusus non postremum esse existimabatur. Qui inter proceres prudentia pietateque excellunt, haud difficulter malo isti medicinam adhiberi posse sibi persuadent, etiam sine amplissimi magistratus decreto vel interventu poenarum multarumve civilium. Si videlicet pastores ecclesiarum in suo quisque pago encæniorum solennitates in supplicationes, ieiuniumque converterent.

Hoc a vos impetraturos confidunt, si mature, si sobrie, si dextre, si comiter pagi cuiusque primoribus primum, postea his annuentibus, etiam ecclesiæ ipsi rationes consilii huius præponere, explicare idoneisque rationibus confirmare et fronte et mente studueritis.

Nempe si homines nostri intelligant solideque edoceantur, quam ignominiosum sit ecclesiæ Tigurinæ, quæ mater fuerit omnium per Europam ecclesiarum reformatarum, post seculum integrum, et quod excurrit, solam reperiri et unicam, quæ pudendis istis reliquiis veteris fermenti addicta hucusque permanserit.

Non deerunt, credo, qui, ut ceteris exercitiis piis sese opponunt, ita in hoc ipso quoque instituto oppugnando alacres se, adde et difficiles et ingeniosos exhibituri sint. Verum enimvero, neque piis conatibus vestris defuturam dei manum auxiliatricem spero. Palam sunt et evidentius in oculos nostros incurrunt omnis generis imminentium gravissimarum calamitatum præsagia, quam ut extenuari negarive possint.

Nunquam certe iam inde a bellorum exitiabilium etiamnum durantium primo exordio in hunc usque diem Helvetia nostra eorundem incommodis, nunquam hostis victoriosi postulatis molestis atque acerbis propinquior fuit, propterea quod ex omni Germania propemodum soli sumus superstites.

Vidimus hactenus, pro dolor! tot exules, tot ægros, tot miseros, tot laceros, senes, pueros, viduas, orphanos, mortuis quam viventibus similiores. Nobis metuenda sunt non paria duntaxat, sed graviora, utpote qui alieno periculo nec meliores redditi sumus nec fugituris elabendi pateret vel rimula; usque adeo undiquaque impedimentorum discriminum // [S. 10] ineluctabilium, numero innumero cingimur. Tametsi ergo encæniorum mos in mentibus irreligiosis altissimas egerit radices, tametsi plerique pro suis encæniis haud segnius pugnent, atque si illa centuriatis quod aiunt comitiis recepta essent, tametsi universa quotidie in peius ruere videamus, non propterea abiiciendus est clypeus, sed prensanda alacrius omnis deum placandi occasio.

Efficax est in omnem partem etiam rusticissimis animis cognatum illud desiderium retinendæ fruendæque patriæ terrenæ. Ut a[utem] deo utamur propitio, cuius unius commiseratio atque potentia servare nos potest. Credere debemus nullum medium aliud salubrius unquam fuisse aut esse quam ieiunia publica cum seria morum emendatione coniuncta, ut omnium seculorum experientia docet. Spem autem meam alit partim exemplum Neftenbacensium, qui sponte sua pastoris sui solius auctoritate persuasi et anno præterito id factitasse et ut deinceps id quotannis fiat, hoc ipsum decrevisse dicentur, partim quod in urbe ipsa hoc observatum fuit ipsum, undecimo septembris a^o 1632 contradicente nemine, nec dubium sit deinceps [?] quoque omnium ordinum consensu observatum hoc iri.

Pluribus hic tecum agerem, nisi suppeditarent vobis argumenta affatim doctissimæ prædecessorum nostrorum religiosissimorum homiliæ, commentarii, loci communes, consilia, quibus encæniorum originem, progressum, abusum, foeditates, detrimenta aperuerunt gnaviter. Te vero hoc unum rogo, ut fratribus classis tuæ, consilio exemploque præeas. Cum primis huc omnem afferas curam, ne quis vestrum animos suorum acrioribus minis ut mulctarum poenarumve ab amplissimo magistratu expectandarum terriculamentis exasperet. Sed omne causæ tam sanctæ robur consistere sibi persuadeat in evidentia rationum, in dexteritate τῆς ἐργασίας, in benedictione dei, qui dat incrementum, nec non in amplissima et singulari aliqua longanimitate, qua fit, ut non illico, statim ac conatui non responsurus eventus videtur, remum animumque abiiciamus. Certe cum in hoc, tum in aliis ecclesiasticis moliminibus inter virtutes plurimas mansuetudo, longanimitas, perseverantia postremæ // [S. 11] non sunt. His adde assiduas et humillimas

preces, quibus plantationem rigationemque nostram, utpote rem per se imbellem, et frigidam, deo patri luminum commendemus iugiter. Vale. Si quid præter spem nostram evenerit, quod consilium opemque flagitet, fac sciam. Faxo vicissim, ne quid vel tu vel fratres tui in venerandis dominis collegis meis desideretis.

Vale iterum!

Tiguri 5. ianuarii 1638.

Ioh. Iac. Breitingerus ecclesiæ Tigur[inæ] minister.

Reverendo doctissimoque viro domino Felici Wyssio, pastori Lithopolitano, classis Steinanæ decano venerabili, fratri in Christo plurimum honorando.

Has accepi d[ie] 5. februarii a^o [16]38.

Cum subsequentibus.

S[alutem]. Quæ venerandus ecclesiæ Tigurinæ antistes, loco patris nobis omnibus singulariter colendus, ad me scribenda dictarit nuperrime, viri honorandi, dilectissimi in domino fratres, ex autographo intelligere licebit. Epistola ea talis est, ut elegantia styli, rei gravitas, argumenta ponderosa lectionem iteratam, imo et descriptionem mereantur omnino. Satis equidem compertum habeo currere vos fratres in officii vestri tramite vestrope instinctu; ne quid tamen desiderari in me patiar, has etiam ἐκ περιουσίας superaddere volui, quæ vos non tam hortentur ad dextre prudenterque laborandum in sepeliendis tandem apud vos turpissimis istis gentilismi et papatus reliquiis, encæniis inquam, medio illo, quod nobis monstratur plane theologico, quam solitam vestram alacritatem in fervore suo contineant.

Non video sane, quo pacto ad memoriam encæniorum abolendam excogitari adhiberique possit medium pertinentius, salubrius, fructuosius, cui benedictionis coelestis rivus fluxu decliviori sit accursurus, hoc ipso, quod nobis com- // [S. 12] monstratur in litteris. Modo τῷ ἔργῳ et laboribus vestris sanctissimis ne desit dexteritas, prudentia, mansuetudo in hoc ipso casu desiderata summopere. Frequentantur, ut nostis, encænia tempore potissimum æstivo, quo iuventutem erudim[us?] catechizando. Ut non neglecto catechismi exercitio ad vesperem ad concionem et preces convocetur populus, octiduo ante ad pientissimum hoc institutum prævia cum primoribus consultatione nervose dispositus, author ego fuerim suasorque in finem eum, ut vel ipsa in capitulo nostro παναρμονία favorem populi negotio illi conciliet. Quod si præter spem molesti vobis aliquid, et quod in censu gravaminum esse queat, acciderit, in tempore a vobis monear, et dabo operam, ut vel dominorum examinatorum consilio succurratur vobis mature vel ipsius domini antistitis manu aratrum vestrum promoveatur. Vel etiam si quid consilii a nobis sit expectandum, visitatio maturetur. Cæterum, honorandi in domino fratres, observatum est eos, qui mittuntur a vobis ad solennitates festorum, ut panem dominicoeucharisticum apud nos petant, includere quandoque illum vasculis et corbulis sordidioribus æquo, etiam absque linteo



aut involucro alio ullo. Quod insciis vobis fieri parumque decere non dubito. Debebat ecclesia quævis proprium habere vasculum seu thecam eius figuræ et capacitatis, quam hostiarum forma et numerus desiderant; in qua per ædituum aut alium virum probum mysticus ille panis honorifice deportetur. Valete, domini fratres honorandi. Dominus Iesus magis magisque idoneos vos redda, ad omne opus bonum et conatibus vestris benedicat abundantissime. Amen.

Steinæ d[ie] 17. ian[uar]ii 1638.

Qui vos amo et colo.

Fœlix Wyssius Lith[opolitanæ] ecclesiæ pastor.

Den ehrwürdigen, wohlgelehrten herren pfarreris zu Stamheim, Ossingen, Trüllikon, Martalen, Benckhen und Lauffen meinen sonders gönstigen, ehrenden, lieben herren und in Christo mitbrüderen. // [S. 13]

Grundtlicher Bericht, betræffende dero von Feürthalen und Langwisen begären wägen einer wuchenpredig und das ihnen auch ein mahl oder zwey im jahr (alten und übelmögenden leüthen) möchte communiciert werden.

An dem einsatz, der meiner persohn halben den 19. t[ag] augusti anno 1637 ghalten worden, habend die biderben leüth zu Feürthalen und Langwisen ire verordnete fûrgsetzten nach vollendetem einsatz in das schloß zu Lauffen kommen lassen für den edlen, vesten junckerr landvogt zu Kyburg Gerolden Greblen, herren Hanns Heinrich Hoffmeisteren, obervogt zu Lauffen, herren Fœlicem Wyssium, decanum des Steiner capituls und herren pfarrerem zu Stamheim Christophorum Tubenmannum und mein des nöüwen besteteten pf[arrers] wie auch anderer herren uß dem ampt Uwißen. Und begärtend ein wuchentliche predig, und das man ihnen im jar auch ein mahl oder zwey mahl communicierte.

Ihre gründ:

1. Der wäg in Lauffen seige ihnen zu weit.
2. Offtmahlen ungwitter, das sy nüt erschinen könnind.
3. Schaffhaußen seige zwar ihnen nachglegen, aber nüt ihrer oberkeit. Habind da keine sitz und seigind ihnen unwerd.
4. Habind mit grosem uncosten ir kylchen erbauwen.
5. Seige ihnen der h. tauff sampt eheeinsägung wie auch begrebdnuß zuglassen, hieltend es für ein grose ergetzlichkeit, so ihnen auch im jahr ein oder zweimahl administriert wurde.

Was nun die wuchentlich predig betræffen thut, hand die oben erzelten herren einen project gemacht uff guteisen der herren examinatorum, welche sych dessen einhelliglich entschlossen, das von fasnacht biß an st. Gallen tag alle sontag zu Feürthalen sölle geprediget werden.

Nammlich das ein pfarrer alwegen am morgen zwen sonntag bey früher zeit dasälbst predige, uff das er umb 9 uhren die haubtpfarr versächen könne und am drithen sonntag umb 12 uhren solle er catechizieren und die l[iebe] jugendt in der religion anführen. // [S. 14]

Von st. Gallen tag aber biß wider zur fasnacht sölle ihnen anstat der sontäglichen prædig wegen der kür[ze] der zeit am donstag in der wuchen der gottsdienst versächen werden.

Bericht wägen des h. nachtmahls.

Auff deren von Fheürthalen und Langwißen begären beträffend das h. nachtmahl habend vorgedachte herren im schloß Lauffen nüt rahtsam sein befunden, das in betrachtung allerley böser consequenzen ihnen hier ihnen solte oder könnte gwillfahret werden, dan hierdurch die ordenliche haubtpfarr mechtig wurd gestümpet werden und in abgang khommen. Sonderlichen hat man betrachtet, das dise h. gheimnuß in einem jahr nur drü mahl begangen werde. Und sömlicher meinung warend auch die h[erren] examinatores.

Dieweilen aber die zu Fheürthalen und Langwißen bey herren decano Wyssio abermahlen instendig anghalten durch ein schreiben zu Zürich ihnen sömliches uszubringen.

Habend die herren examinatores laut herren pfarrers Breitingers schreiben an herren decanum Wyssio, abgangen sub dato 19. feb[ruarii] anno [16]38, sich dessen erkent.

Es möchtend mein gnedig lieb herren die h[erren] examinatores von beiden ständen lieber sächen, das die rächte alte haubtpfarr zu Lauffen an den h. tagen von jedermenigklichen besucht wurde, wie auch von alter här beschächen ist. Jedoch in betrachtung der umständen hat man ein mahl die bewilligung gethan, das zu gedachtem Fheürthalen zwey mahl im jahr nammlich uff den hohen donstag ald charfreytag vor osteren und am pfingstmontag alein alten und übelmögenden persohnen das h. sacramentt geraicht werden möge. Doch mit dem usgetruckten beding, im fahl sömliche bewilligung solte misbraucht und die ordenliche haubtpfarr von den überigen gsunden uff die h. fäst nüt gebürenden eyffers besucht werden, das dan obwohlermelte herren examinatores off... // [S. 15] hand haben und menigklichen widerumb an sein ort ze weißen gsinnet sein wöllen.

Nach dem und aber herr decanus Wyssius den 14. tag mertzen zu Fheürthalen die erkantnüß meiner gnedigen herren der h[erren] examinatorum in beysein herren obervogt Hoffmeisters a parte und ehe die verordneten beider gmeinden verhanden gweissen wie auch meiner des pfarrers eroffnen wöllen, als habend wir (doch ohne per iudicio der h[erren] examinatorum) nüt gut und rahtsam befinden können, das der hoche donstag ald kharfreytag ihnen zur communion füegklich sein könne und das von desswegen, weil es in unser gnedigen herren landschafft nirgend breüchlich. Auch darumb, das durch disen tag der folgende h. tag wurde abbruch leiden



und dan das andere villfaltige gschäfft in räben, so zu der zeit gmeinlich einfallend, den leüthen ein hindernuß werend, sonderlich wenn zu Lauffen der gottsdienst auch wie brüchlich und billich und die predigen sich umb etwas verzüchent solte verrichtet werden.

Auff dises so habend wir vermeint der pfingstmontag solte in seinem krefft bleiben und ihnen am morgen bey guter zeit administriert, uff das zu Lauffen die hauptpfarr umb 9 uhren auch versächen werden möge. Aber für den hohen donstag oder charfreytag solte in betrachtung eingefürter gründen sanct Stephans tag zu wienächten ihnen billicher gegäben und zuglassen werden, welicher tag den alten und übelmögenden wegen der weite und kelte kommlicher und bequemer ist.

Als aber somlich unser gutachten den h[erren] exam[inatoren] durch herren decanum durch ein schreiben eroffnet worden, habend sy es für gut und rahtsam befunden, das st. Stephans tag ihnen zur communion solle geordnet sein, jedoch das die nechst gethane conditionen wol in obacht genomen und die hauptpfarr steyff bey ihren alten rechten gebreüchen erhalten und verwart seige. Sub d[ie] 10. martii [16]38.

Omnia cedant, quod voveo, in dei honorem. Amen.

Joh. Jac. Brei[tingerus] minister T[igurinæ] // [S. 16]

Martius.

Der stilstand des mertzens ist nach gwonheit zu Fheürthalen gehalten worden, was nun klagt worden, wirt der khomende aprilis eroffnen. Dan h[err] obervogt nüt anheimsch, sonder zu Zürich uff der rächnung gsein.

Uff den h. ostertag, der gsein den 25. martii anno 1638, habend communiciert in der pfarrkyrchen zu Lauffen 376 persohnen. Cunctos nos, quod voveo, dignos reddat deus. Uff pfingsten warend zu Lauffen 314 comm[unicantes] den 13. maii a^o [16]38. Und auff den pfingstmontag zu Fheürthalen, da denen biderben leüthen zum ersten das h. nachtmahl gereicht worden, warend communicantes 73.

Anno [16]38.

Den 23. tag maii ist ein ehgericht gehalten worden und nachvolgende persohnen fürgestellt worden:

Gäbhart Schüeber von Flurlingen und sein frauw, die läbend übel mit ein anderen. Die sind ernstlich rächt zu thun ermahnet worden.

Galli von Auweldingen ist ein Schwab und an dem h. tag zu nacht die gantze nacht bey Elsbet Egglin gsein. Die dan beide gebüest worden mit der gfäncknuß.



Hanns Wisers knecht, Friderich und Rudli Kübler hand mit ein anderen gspilt.
Wurdend gestrafft.

Hanns Schüeber von Flürlingen ist zu Schaffhausen gsein an der Bruderkilbi.
Wurde gstrafft.

Hanns Jacob Müller, Hanns Giger von Flurlingen hand gschworen. // [S. 17]

An disem gehaltenem ehegericht sind gfallen 6 fl 3 kz iij d. Darzu ist grächnet
ein halber guldi, den Wull Uliß volckh schuldig zu Fheürthalen. Über
obstehenden räst hat man verthan imm lachßfang v fl 3 bz. Mehr umb wein,
den man nach der ürten hollen heisen 9 bz. Darbey was herr vogt Hanns
Conrat Wiser, der die ürten gemachet hat.

[Transkript: BF/20.05.2012]